

responderunt sapiētes quos habebat in consilio ⁊ vxor eius. Si de semine iudeorum est mardocheus ante quem cadesce cepisti non poteris ei resistere: sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis ⁊ cito eum ad conuiuium quod regina parauerat pergere compulerunt.

**VII.**  
**I**ntrauit itaque rex ⁊ aman ut haberent cum regina. Dixitque ei rex etiam secunda die postquam uino in caluerat. Que est petitio tua hester ut detur tibi ⁊ quid vis fieri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris impetrabis. Ad quem illa respondit. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex ⁊ si placeat dona mihi aiam meam pro qua rogo populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego ⁊ populus meus ut conteramur iugulemur ⁊ pereamus. Atque uinum in seruos ⁊ famulas uenderemur esset tolerabile malum: ⁊ gemens tacerem: nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. Respondensque rex asuerit ait. Quis est iste ⁊ cuius potentie ut hec audeat facere? Dixitque hester. Hostis ⁊ inimicus noster pessimus iste est aman. Quod ille audiens ilico obstupuit: vultum regis ac regine ferre non sustinens. Rex autem iratus surrexit ⁊ de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus circum. Aman quoque surrexit ut rogaret hester reginam pro anima sua: intellexit enim a rege sibi paratum malum. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus confisus ⁊ intrasset conuiuij locum repperit aman super lectum corruisse in quo iacebat hester ⁊ ait. Etiam reginam uult opprimere me presente in domo mea. Nec dum uerbum de ore regis exierat ⁊ statim operuerunt faciem eius. Dixitque artona unus de eunuchis qui stabant in ministerio regis. En lignum quod parauerat mardocheo qui locutus est pro rege stat in domo aman habens

altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex. Appendite eum i eo. Suspenditque est itaque aman in pambulo quod parauerat mardocheo: ⁊ regis ira quieuit. **VIII.**  
**D**e illo dedit rex asuerus hester regine domum aman aduersarij iudeorum: ⁊ mardocheus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei hester quod esset patruus suus. Tulitque rex annulum quem ab aman recipi iusserat: ⁊ tradidit mardocheo. Hester autem constituit mardocheum super domum suam. Nec his contenta procidit ad pedes regis: fleuitque ⁊ locuta ad eum orauit ut maliciam aman agagite ⁊ machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra iudeos iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrum aureum pretertendit manu quo signum clementie monestrabatur. Illaque consurgens stetit ante eum ⁊ ait. Si placet regi ⁊ si inueni gratiam in oculis eius ⁊ deprecatio mea non ei uidentur esse contraria: obsecro ut nouis epistolis ueteres aman littere insidiatoris ⁊ hostis iudeorum quibus eos in circuitis regis prouincijs perire precepit corriganur. Quomodo enim potero sustinere necem ⁊ interfecionem populi mei? Responditque rex asuerus hester regine ⁊ mardocheo iudeo. Domum aman concessi hester regine: ⁊ ipsum iussi affigi cruci quia ausus est manum mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut uobis placet ex regis nomine: signantes litteras annulo meo. Hec enim consuetudo erat: ut epistolis que ex regis nomine mittebantur: ⁊ illius annulo signate erant: nemo auderet contradicere. Accitisque scribis ⁊ librarijs regis erat autem tempus tertij mensis qui appellabatur siban. uicesima ⁊ tertia illius die scripte sunt epistole ut mardocheus uoluerat ad iudeos et ad principes procuratoresque et iudices qui centum uiginti septem prouincijs ab India usque ad Ethiopiam